



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera**

**Agobardus <Lugdunensis>**

**Parisiis, 1666**

Ado in Martyrologio, XVIII. Kal. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14678**

*Ex Confessione fidei Felicis Orgellitanæ  
sedis Episcopi.*

Secundūm quod & venerabilis Dominus LAIDRADVS Episcopus nobis in Orgello pollicitus est.

*Ex Testamento Karoli Magni Imp.  
apud Eginhardum.*

Episcopi , Hildebaldus , Riculfus , Arnulfus , VVlfarius , Bernuinus , LAIDRADVS , Ioannes , Theodulfus , &c.

*Ado in Martyrologio , xviii.  
Kal. Octobris.*

Post multa verò curricula annorum , gloriofissimo Carolo Francis imperante , contigit legationem Francorum feren- tes illustres ac sapientia circumspēctos Legatos transitum per Africam fecisse . Hi cùm Carthaginem dirutam , & loca venerabilia sanctorum martyrum , rever- tentes à Rege Persarum Aaron , qui ex- cepta India totum penè tenebat Ori- entem , vidissent , facile sibi conciliato Principe , ac favorem in re tali præstan- te , pro magno munere rogaverunt ut ossa B. Cypriani eis ferenda permitteret . Quod ille non magni ducens , postulata concessit , útque pio Imperatori , cuius gratiam omnium , qui in toto terrarum orbe erant , Regum amicitiae præpone-

ret, ipsi ea ferrent, libenter assensit.  
Cumque venerabiles Legati ingentia  
dona, martyrum scilicet reliquias feren-  
tes, (nam & beati Sperati martyris  
membra, qui unus fuit ex illis duodecim  
clarissimis martyribus Scillitanis, caput  
etiam martyris gloriosi Pantaleonis, se-  
cum cum beatis ossibus Cypriani habe-  
bant) reverterentur, prosperis usi velis,  
tandem pervenerunt Arelatem; ubi sa-  
cra martyrum membra signata interim  
relinquentes, legationem suam Impe-  
ratori renuntiare festinarunt; & inter  
alia, de sanctorum reliquiis ab Africa  
deportatis ejus animum attollunt. Vnde  
ille plurimum laetus, eas tamdiu apud  
Arelatem digna veneratione servare jus-  
sit, donec ipse magno aliquo opere in  
regno suo templum conderet, ubi tam  
preciosum pignus ingenti cultu & orna-  
tu reponeret. Sed emergentibus causis,  
dum opus tardius construitur, occasio-  
nem nactus LEIDRADVS venerabilis  
Lugdunensis Episcopus Imperatorem  
rogavit ad civitatem suam deferre beata  
ossa martyrum ei licere. Annuit Impe-  
rator. Et dum is ocyus votum suum pius  
perficit, cum honore infra civitatem  
Lugduni deportata sunt; ibique in ma-

jori Ecclesia beati Iohannis Baptiste ac  
sancti martyris Stephani ad defensio-  
nem civium, Deo id misericorditer ope-  
rante, sanctus Episcopus reliquias glo-  
riosorum martyrum in praedicta Eccle-  
sia post venerabile altare decentissima  
sepultura recondidit, ac posteris civibus  
suis profuturas honorabiliter commen-  
davit. Sed post, interposito tempore,  
regnante gloriose Rege Carolo Ludo-  
vici Imperatoris filio, iterum reliquiae  
beati Cypriani ad monasterium novum  
quod idem Rex augustus construxit in  
Compendio Palatio suo, eo jubente  
translatæ sunt.

*Idem in Chronico, ad annum DCCCX.*

Bernardus Viennensis Episcopus erat,  
& LEIDRADVS Lugdunensis, qui  
initio imperij Ludovici Imperatoris  
Suectionis monasterij locum petiit; & in  
eius loco Agobardus &c. *Vide supra in-*  
*ter elogia Agobardi.*

*Hugo Abbas Flaviniacensis in*  
*Chronico.*

Post Adonem Hilduinus nepos ejus  
Lugdunensem Ecclesiam paululum non  
Episcopus tenuit; & abscedens, Lirinis  
monachus factus est. Post quem Lugdu-  
nensem Ecclesiam LEIDRADVS